

106 7, abril, 15

*Testament de Guitart, que elegeix sepultura a Sant Feliu de Girona, i llega a la seva esposa Olovara i al seu pare Sunifred béns situats prop de Sant Pere <de Galligants>.*

ASD núm. 9, al dors del núm. l.

In Christi nomine, ego Gitard iaceo in lectulo meo, ab egritudine detentus, timeo mortem, propter hoc uoco amicis meis, idest Seniofredi patre meo et uxori mee Ollouara et Adalbert et Uenrel, ut si mors mihi aduenit distribuant omne auere meum. In primis <limito sepultura ad domum Sancti Felicis mancoco .I., ad chanonicha .I. et ad nouo migera .I. de frument legitima, et ad capellan Gaufred goua .I. optima et .I. emina de ordeo ad nouuo ad mensura de Gerunda. Et ad Remun Seniofret purcastro .I. et ad nouo emina .I. de ordeo, ad mensura iamdicta. Et <limito ad iamdicta uxori me parelio .I. de bouis et uinea .I. cum ipso expleto que est super Sancti Petri ut teneat diebus uite sue; post obitum suum remaneat ad fratres meos Petro et Domenge; et <limito ad istos iamdictos meos fratres .n. migrarias de[ ... ] ad nouo. Et <limito ad uxori mee [ ... ] meas plantas quod ego abeo medietate de [ ... labora]cione isto anno, et alia medietate de ista laboracione de estas uineas <limito per missas ad presbiteros Sancti Felicis et Mancuso .I. pro missas. Et <limito ad Seniofredi pater meus totas meas plantas quod habeo, excepta iamdicta uinea quod <limito ad uxori mee, et sestarios .n. de ordeo ad pater meus. Et <limito ad uxore me ue(sic) solidos .n. Et <limito per missas tina .I. Et <limito ad uxori mee medietatem de mea chasa noua. Et ad Remun Seniofred quartera .I. de frument ad mensura de Gerunda. Alium meum avere quod remanet de panem et uinum de mea medietate, sit datum anime mee per missas ad presbiteros Sancti Felicis et ad uxorem meam; Aurucio migera .I. de ordeo. Et <limito ad meos manumisores singulas migreras de frument. Et ad Soniario Sisualli medium mancusum.<sup>1</sup>

Facto isto testamento .xvn. kalendas madi anno .VII. regni Filipi regis.

Sig+num Gitard, qui istum testamentum feci, firmaui et firmare rogaui. Sig+num Guifred. Sig+num Adalbert.

Reimundus presbiter qui istum testamentum scripsit sub die et anno quod (s. man.) supra.

I. La darrera frase es troba entre les signatures.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 74-75